

iisdem, quae natura quidem iniunxit homi-  
ni, etiam ipsum, qua hominem, teneri, offi-  
ciis, sed, qua christianum, officiis simul ob-  
stringi, quae ratio ignorat, quaeque natura  
nequit praescribere. Cui prorsus dubium hoc  
forte videri posset: in animum ille modo re-  
uocet velim officia hominis naturalia erga  
Deum; atque officia christiani erga Deum tri-  
nunum, speciatim erga Deum patrem, Deum  
filium, Deumque Spiritum sanctum, cum illis  
conferat. Nonne officiorum quoque supple-  
mentum, saltim aliquod, sibi vindicare Theo-  
logiam moralem, scitu maxime necessarium,  
idque haud exiguum, ipse iudicabit? Et  
quid dicam de motiuis? quae plane sunt  
diuersa ab iis, quae Philosophia practica  
subministrat, immo illis praegnantiora lon-  
geque superiora; vtpote quae sunt fidei  
motiua, et ad officia, rationi plane non  
peruia, suo modo respiciunt. Supplemen-  
tum ergo illud Philosophiae moralis, quod  
christianorum referat Theologia practica,  
exhaustis minime videbuntur sagaciori-  
bus